BARTHOLOMAEUS DE MONTAGNANA

Salzburg, 1471 Seite 216v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



districto ad obedientiam medici
abstindente sibi motum per notabile
tempus in ambulando et in equi-
tando sicut virum istum vidi ma-
nifeste convalere ex predictis· ¶
Sit autem huius dispositionis
curationis modus duplex est
secundum quod inveniter ipsam dupli-
citer variatam esse Aut enim
didimus intestinum et zirbus
descenderunt in oseum· et
magnifico tumore extensio
ibi facta est cum duritie aut
intestina predicta non diu des-
cenderunt aut valde parum
Cum autem descenderunt et parum
tunc faciliter· reintroduci pos-
sunt per compressionem manus·
et transpositionem corporis
insimul ita ut inferius cor-
poris sit superius Aut vero
cumque nequaquam introduci
possunt et contrarie propter resis-
tentiam ex parte duritiei que
prohibet flexionem intestinorum
aut quia intestina iam dicta
multa sunt ventositate et humi-
ditate plena Aut quarto quia
iam in ~~inst~~ intestino yleon·
quod descendit ad oseum re-
cepta est aliqua pars fecis que
liter prius fuerit mollis diu-
turnitate more ibidem contrite
conversa est in schibalas quia eius
pars humidior ventosata est·
nequaquam igitur introduci potest
intestinum propter hoc quod cum
accidit plurimum est difficilis
terminationis et magni periculi
ut in primo demonstratum est
Iam in isto viro consimile vidi
quod timoris ingentis et suspitio-
nis materiam michi dedit Ve-
rum tamen cum hoc acciderit non
est omnino desperandum sed viri-
liter agendum premittendo molli-
ficativa Et primum quidem est
ut constanti virtute patienti
fiat embrotisma ex aqua de-
coctionis fenugreci granorum
sisami et seminis lini ana librarum
duarum bdellij mollis et sub-
albidi ʒ iij· melliloti camomille
ana lb· ß· Sedeat eger in ipsa
usque ad umbilicum infusus Et
cum amplius ibi moram contra-
here non poterit tunc ingwi-
nales partes et totum oseum
diligenter iungatur ex oleo·
de sisaminis et de amigdalis
dulcibus ana calidis et hoc
fit ter vel quater secundum tol-
lerantiam virtutis Si autem per
hoc sennitupium non bene re-
intromitteretur intestina tunc
fomentetur secundum istum modum Re
seminis malue et altee· ana·
ʒ ij· bdellij mollis ʒ j· camo-
mille melliloti fenugreci seminis
lini granorum sisami ana lb· ß·
radicum altee minutim incisarum
lb· j· coquantur omnia in sex si-
tulis aque usque ad medietatem
Infundatur ergo in illa aqua
spongie magne et applicetur·
toto femori et oseo· usque ad
mollificationem obedientem
intromissioni Si autem iterum
non obediret tunc iungatur
diligenter cum predictis oleis ca-
lidis et supponatur hoc em-
plastrum Re radicum altee pas-
tinace liliorum alborum ana lb·
j· farine fenugreci et seminis
lini ana lb· ß· vitella ovorum
numero sex· bdellij mollis et sub-
albidi ʒ j ß· butiri· et axun-
gie recentium ana lb· ß· cere
ʒ j· Ex omnibus istis diligenter
coctis fiat emplastrum et calide
supponatur ita ut amplectetur
totum oseum diligenter circuliga-
tum Hec fuerunt instrumenta